sit, is in ea col. augur pontif. decurio ne es|to, quive[87] IIviri in ea col. erunt, eius nomen de decurio|nibus sacerdotibusque de tabulis publicis eximendum | curanto, u. q. r. f. e. v.[88], idq. eos IIvir. s. f. s.[2] f. l.[89]

XCII. IIviri quicumque in ea colon. mag. habebunt, ei de legatio|nibus publice mittendis ad decuriones referunto, cum | m. p.[90] decurion. eius colon. aderit, quotque de his rebus | maior pars eorum qui tum aderunt constituerit, | it ius ratumque esto. Quamque legationem ex h. l. ex ve | d. d.[91], quot ex hac lege factum erit, obire oportuerit | neque obierit qui lectus erit, is pro se vicarium ex eo | ordine, uti hac lege de.ve[92] [*decreto*][93] d. o.[94], dato. Ni ita dederit, in | res sing., quotiens ita non fecerit, HS ccIɔɔ colon. hu|iusque col. d. d. e.[67] eiusque pecuniae cui[11] volet petitio | persecutioque esto.

XCIII. Quicumque IIvir post colon. deductam factus creatusve | erit quive praef.[95] qui[96] ab IIvir. e lege huius coloniae relic|tus erit, is de loco publico neve pro loco publico neve | ab redemptori *(sic)* mancipe praed.ve[97] donum munus mercedem | aliutve quid kapito neve accipito neve facito, quo | quid ex ea re at se suorumve quem perveniat. Qui at|versus ea fecerit, is HS ccIɔɔ ccIɔɔ c. c. G. Iul.[57] d. d. e.[67], eiusque pecuniae cui[11] vo[*l*]et petitio persecutioque esto.

XCIIII. Ne quis in hac colon. ius dicito neve cuius in ea colon. | iuris dictio esto nisi IIvir.[98] aut quem IIviri[99] praef.[100] | reliquerit, aut aedil., uti h. l. o.[101]. Neve quis pro eo | imper. potestat.ve[102] facito, quo quis in ea colonia | ius dicat, nisi quem ex h. l. dicere oporteri *(sic)*.

XCV. Qui reciperatores dati erunt, si eo die quo iussi erunt | non iudicabunt, IIvir prae[*f.*]ve[103] ubi e. r.[104] a.[105] eos rec.[106] | eumque cuius res a.[105] adesse iubeto diemque cer||tum dicito, quo die atsint, usque ateo, dum e. r.[104] | iudicata erit, facitoque, uti e. r. in diebus XX | proxumis, quibus d. e. r.[107] rec.[106] dati iussive e|runt iudicare, iudic.[108], u. q. r. f. e. v.[80] Testibusque | in eam rem publice dum ta[*x*]at h.[109] XX, qui colon. | incolaeve erunt, quibus his[110] qui rem quaere|re[111] volet, denuntietur facito. Quibusq. ita tes|timonium renuntiatum[112] erit quique in tes|timonio dicendo nominati erunt, curato, | uti at it iudicium atsint. Testimoniumq., | si quis quit earum rer., quae res tum age|tur, sciet aut audierit, iuratus dicat faci|to, uti q. r. f. e. v.[80], dum ne omnino amplius | h.[113] XX

87) *Scr.* quique. — 88) *Uti quod recte factum esse volent.* — 89) *Facere liceto.* — 90) *Maior pars.* — 91) *Decurionum decreto.* — 92) *Decurionumve.* — 93) decreto *deest in aere.* — 94) *Dari oportet.* — 95) *Cf. Mommsen Eph. ep. 2 p. 146.* — 96) *Dele* qui. — 97) *Praedeve.* — 98) *Duoviri.* — 99) *Scr.* IIvir. — 100) *Praefectum.* — 101) *Hac lege oportebit.* — 102) *Imperio potestateve.* — 103) PRAEIVE *aes.* — 104) *Ea res.* — 105) *Agitur.* — 106) *Reciperatores.* — 107) *De ea re.* — 108) *Iudicetur.* — 109) *Hominibus.* — 110) *Scr.* is. — 111) *Scr.* quaeret. — 112) *Scr.* denuntiatum. — 113) *Homines.*

archive.org